


Ex Libris JvLii PEETERS.

PRAEL-TREYN

VERRYKT DOOR

RY-BENDEN, PRAEL-WAGENS

ZINNE-BEÉLDEN

EN ANDERE

OPPRONKINGEN

TOEGESCHIKT AEN HET DUYZEND-JAERIG

JUBILÉ

VAN DEN HELDMOEDIGEN

MARTELAER, BISSCHOP,

BEZONDEREN APOSTEL ENDE PATROON

DER STAD ENDE PROVINCIE VAN

MECHELEN

DEN HEYLIGEN

RUMOLDUS


ONDER'T GEZAG

Der Zeer Edele, Weérde ende Voorzienige Heeren van het Magiſtraet der zelve Stad ende Provincie, en de medewerking van den Adel en de Borgery, uytgewerkt door de Latynſche Schoól onder de zorg der Prieſters van't Oratorie

VAN DEN HEERE JESUS.



TOT MECHELEN,
By JOANNES-FRANCISCUS VANDER ELST, Boek-drukker agter de Stads Halle.





NOBILISSIMO,

CLARISSIMO, AMPLISSIMO

MAGISTRATUI

INCLYTÆ CIVITATIS

AC

PROVINCIAE

MECHLINIENSIS

PROTECTORI SUO DIGNISSIMO

NILIACIS QUONDAM TERRIS ELECTA *JACOBI*
PROGENIES, DUCTORE DEO, PROGRESSA, SUPERBO

ET REGIS SALVATA JUGO, SACRA VOTA QUOTANNIS
INSIGNI PIETATE DEDIT, PRO MUNERE MACTANS
PER CUNCTAS FESTINA DOMOS CUM AGRESTIBUS AGNUM
LACTUCIS, UT SERA MEMOR SOLAMINIS ESSET
POSTERITAS, ET SUMMA DEI BENEFACTA REFERRET.
HÆC IPSA INVALUIT MOX CONSUETUDO PER OMNES
TERRARUM GENTES, QUOTIES VEL FACTA PARENTUM,
HEROASVE SUOS AUT PARTOS URBIS HONORES
MNEMOSYNÂ DIGNOS PLACUIT CELEBRARE TRIUMPHIS.

ORTA EST ILLA DIES VESTRO, *MECHLINIA*, PLAUSU
DIGNA TRIUMPHALI SERISQUE NEPOTIBUS OLIM
COMMEMORANDA TUIS. DECIMUM CONCLUDITUR ÆVUM,
POSTQUAM *RUMOLDUS* CŒLESTIA SEMINA SPARSA
PECTORIBUS VESTRIS RORAVIT SANGUINIS IMBRE.
OPTATAMQUE DIÙ CŒLORUM ASCENDIT IN ARCEM,
IN QUA SOLLICITO TE ZELO, MECHLA, TUETUR
UT GALLINA FOVET PULLOS ET PROTEGIT ALIS.
Ô FELIX NIMIÙM TANTO PROTECTA PATRONO!
Ô DIVES NIMIÙM SACRO DITATA *RUMOLDI*
CORPORE! QUO VELUTI CLYPEO MALA TELA REPELLIS.

HÆC UT SUNT, ANIMO PRUDENTIA VESTRA REVOLVENS,
RECTORES VENERANDI URBIS, SOLEMNIA CŒPIT
JUBILA SOLEMNI POMPA DECORARE, MINORES
UT NÔRINT ANATHÉMA PII VOS PECTORIS IPSI
PATRONO SACRÂSSE, PARI ET MOVEANTUR AMORE.
HINC VESTRAM DONÂSTIS OPEM CIVESQUE VOCÂSTIS

VESTROS IN PARTEM, VOBISQUE HORTANTIBUS ORSA EST
PERFECITQUE LUBENS HANC POMPAM NOSTRA PALÆSTRA.
FAUTORES DIGNOS VENERANS PROSTERNITUR IPSA
VESTROS ANTE PEDES, SERIEMQUE IN SCHEMATE VOBIS
QUO PAR EST ANIMO PROPONIT, DEDICAT, OFFERT

SCHOLA PUBLICA
Sub Moderamine Presbyterorum
Congregationis ORATORII D. J.



EPITOME

VITÆ SANCTI

RUMOLDI.

*Umoldus* Regali Stemmate in ſcotia natus , ab ipſa infantia omni virtutis pariter & eruditionis bono imbutus eouſque proceſſit, ut nihil eorum , quibus Deus acquiritur, intentatum reliquerit, adeò ut rara virtutum ejus inſignia inſula tota non potueritnon admirari , & indolem ejus ad illuſtria Divinitùs deſtinatam non opinari. Et verò nactus ætatem provectiorem quantumvis invitus & reluctans ad Epiſcopalem evehitur dignitatem.

Rumoldus ad ſublimioris & perfectioris vitæ formam anhelans Epiſcopatui & omnibus quantumvis charis valedicit, Romamque SS. Apoſtolorum Petri & Pauli aliorumque Martyrum exuvias veneraturus proficiſcitur, non formidans itineris difficultatem, nec ullam diſſeminandi verbi Divini in locis , quæ tranſibat, prætermittens occaſionem ; quin & miraculis , ubi opus erat , Catholicæ fidei aſtruens veritatem.

Vix Romam advenerat , quin vidêre in ipſo foret admiranda devotionis & pietatis inſignia : noctes traducere inſomnes , ut Martyrum cruciatus mentis ſuæ arcano revolveret , Loca omnia eorum Sanguine rubentia amplecti & oſculari mixtiſque lacrymis bella eorum pro Chriſto ſuſcepta & tolerata in vigiliis & Jejuniis ſibi objicere, perquám ipſi erat familiare , adeò ut in invictum ſubeundi eoſdem cruciatus deſiderium totus frequenter abriperetur, & non , niſi ut præſentem ſibi tortorem conſpiceret, haberet in votis. At Deus Optimus Maximus (cujus providentiâ gubernamur) decreverat, ut viro huic Apoſtolico terra obtingeret, quam Cœleſtis verbi ſemine conſitam fuſo aſpergeret cruore : Reſignato igitur in manus ſummi Pontificis Epiſcopatu & recepta Apoſtolica benedictione Divinæ ſe committit indilatè ordinationi , peragrat Gallias & in eum locum devenit, quem incolæ *Machliniam* Appellabant.

Erat hic locus tùm vaſtus & incultus , Vepribus, ſentibus & arboribus luxurians ac vagum ferarum domicilium: huc ut advenit *Rumoldus*, populum reperit in mediis Ethniciſmi tenebris ambulantem, Sacram à Divo *Lamberto* & aliis plurimis traditam doctrinam ferè oblitum, Deoſque ſuos in tripudiis & comeſſationibus celebrantem: hinc cœpit non exiguo cordis dolore pungi Vir plenus ſpiritu Sancto, continuòque ad unius Dei cognitionem & cultum populum exhortari.

Comitatum gerebat ea tempeſtate *Ado* quidam nomine, vir nobili ſtirpe cum æquè moribus & genere nobili Conjuge; hi ſimul ac Sancti Præſulis adventum inaudierunt, Abrahamicâ Hoſpitalitate eum excipiunt, apud quos pauco dumtaxat tempore commoratus, cum ſteriles eſſent & ætate provectiores, fœcunditatem ipſis Dei nomine pollicetur. Fidem præbent parentes, certi faciliùs naturam poſſe vinci, quam *Rumoldum* mentiri, & juxtà tempus prædictum filius naſcitur & ſalutari Baptiſmatis lavacro abluitur, *Liberti* nomine impoſito.

Crevit hic dulcis puſio ſub pii Doctoris *Rumoldi* Magiſterio, applaudentibus ſibi de obtento ſuo hærede parentibus, & Dominum in gratiarum actione laudantibus; ſed ingentem hanc lætitiam ingens magis ſubſequitur triſtitia: quâdam enim die puer cum Coævis ludens in alvei littore, pedem malè figit, in aquam incidit & ſubmergitur. tantis in anguſtiis quid aggrediantur parentes miſeri? Sola hæc ſpes ſupereſt, ut, quo prophetante non ſperatum acceperant, eo orante amiſſum recipiant. Accerſitur *Rumoldus*, qui non minori quam parentes percellitur dolore. Circumſtant propinqui & domeſtici *Adonis*, & rei eventum avidè præſtolantur. ſpe ſuâ in Domino collocatâ, procumbit in genua vir Sanctus, & repetitis Vicibus *Jeſu* nomine invocato, adſtantem ſibi agnoſcit *Libertum* redivivumque tradit parentibus gaudium.

Augetur poſthæc indies magis Zelus Sancti Præſulis fidem Chriſtianam plantantis, rigantis & propagantis, Domino coöperante & doctrinam ejus ſignis & miraculis Confirmante: ne autem Otioſus umquam deprehenderetur, vel Deum prædicabat, vel cœleſtia meditabatur, vel ſuis ipſe manibus Apoſtoli more operabatur. Accidit autem, ut operarii cujuſdam adulterium juxtà fraternæ correptionis ordinem reprehendiſſet,

hortans eum ad pœnitentiam, &, ni resipiscat, imminentem ejus capiti Dei vindictam minitans. Continuò animo excandescit adulter & ultrices manus Præsuli injicere Sacrilegè proponit, eumque in finem spe pecuniæ adipiscendæ sui sceleris socium ex operariis adsciscit. hi dùm suo operi simul instant, eminùs virum Dei ambulantem, & secum Psalmodiantem conspiciunt, & non reveriti aut ejus dignitatem aut ejus Sanctitatem trucidant, corpusque in flumen vicinum projiciunt; noluit autem Deus, crimen Sacrilegum ignorari; noctu enim piscatoribus circa negotia sua occupatis, lux cœlestis, ubi corpus Sacratissimum delitescebat, locum aperuit, qui accersito *Adone* comite aquis extractum honestè sepelierunt: cumque Sancti hujus memoria per Normannorum incursiones duobus jam sæculis post sancti Martyris mortem, quasi esset obscurata, partim novis miraculis, partim insigni *Notgeri* Leodiensium Episcopi & Mechliniensium Domini temporalis zelo, præsertim verò ex transpositis Anno 1369 è veteri Cypressinâ Capsâ in pretiosissimam *per Villam Machliniensem ex pio voto constructam* sacris ejus Reliquiis refloruit.

Ex Theodorico, Miræo, Molano, Domynsio, &c. &c.

KORT BEGRYP
VAN HET
LEVEN
VAN DEN HEYLIGEN
RUMOLDUS.



Umoldus uyt Koninglyken Stam in Schotland geboren heeft van jongs af uytgesehenen in eene bezondere godtvrugtigheyd en andere uytmuntende hoedanigheden, om welke hy met eenparige stemmen tegen zynen dank tot de Bisschoppelijke weérdigheyd verheven is.

Rumoldus verlangende, om een volmaekter leven te leven en den naekten JESUS te volgen, verlaet zyn Bisdom en begeeft zig nae Roomen: op zyne reys bevestigd hy het woord Godts met vele Mirakelen, en verspreyd over al den geur van zyne Heyligheyd.

Hy was nauwelyks tot Roomen, of een ider verwonderde zyne godtvrugtigheyd. Hy bragt aldaer zynen tyd over met te bidden op de graeven der Martelaeren: 's nagts overwoeg hy, wat al pynen deze Heyligen voor JESUS CHRISTUS onderstaen hadden, en verlangde grootelyks, om de zelve te mogen onderstaen: Maer de Goddelyke voorzienigheyd had vastgesteld, dat *Rumoldus* een Land moest zoeken, het welke hy, naer in dit het waer geloof geplant te hebben, met zyn Bloed zou besproeyen.

Rumoldus verlaet hierom Roomen: hy doorreyst Vrankryk, en komt eyndelyk tot die plaets, de welke de inwoonders *Machelen* noemden.

In dien tyd Regeerde aldaer zekeren Graef met naeme *Ado*, den welken met *Eliza* zyne huysvrouw getrouwelyk Godt diende: Van deze wird *Rumoldus* met minzaeme beleefstheyd ontfangen. Zy waren beyde onvrugtbaer en nu tot hooge jaeren geko-

men: Maer door de gebeden van den heyligen *Rumoldus* verleende Godt hun eenen Zoon, den welken in den heyligen doop *Libertus* genoemd wird: hier door wirden de Ouders met eene groote blydschap overgoten; maer deze wird haest opgevolgd van eene grootere droefheyd: want *Libertus* met zyne gezellen spelende op den boord van de Rivier in 't water viel en verdronk: in dit droevig voorval begaven zy hun tot den heyligen *Rumoldus*, die *Libertus* aenstonds tot het leven verwekte.

Den iverigen Bisschop werkte hier met zwaeren arbeyd en tegenspoed aen de bekeeringe der ongeloovige, die onder het gering volk in zeer groot getal waren. Maer Godt die daer een eynde aen wilde stellen, om zynen arbeyd te beloonen, liet toe, dat hy in 't Jaer zevenhondert vyf en zeventig door twee moordenaers, die zig in zyn gezelschap gevoegd hadden, vermoord wird. Den eenen door gierigheyd gedreven, meynde, dat *Rumoldus* ryk was, om dat hy hem veel almoessen had zien geven, en den anderen uyt wraekzugt, om dat den H. Man hem wegens een zeer schandig overspel berispt had. Zy smeeten zyn Lighaem in de rivier: Maer Godt wilde niet, dat dit heyligschendende feyt zou verborgen blyven; want 's nagts een Hemels Ligt aen eenige Visschers de plaets veropenbaerde, waer het Lighaem lag, de welke dit aenstonds aen den Graef *Ado* kenbaer maekten, die het zelve uyt 't water dede haelen, om het treffelyk te begraeven.

De gedagtenis van den heyligen *Rumoldus* is twee eeuwen naer zyne dood door de verwoestinge der Nordmannen als verduystert gebleven, waer naer zy wel door nieuwe Mirakelen en door den bezonderen iver van *Notgerus* Bisschop van Luyk en Heere van Mechelen vernieuwd is, dog zy heeft maer bezonderlyk beginnen te herleven in 't Jaer 1369, wanneer zyne heylige overblyfzels uyt de oude Cypressen houte Kas overgeleyd zyn in eene nieuwe, de welke de Stad van Mechelen 't in gemeld jaer uyt godtvrugtige belofte gemaekt heeft.

Uyt Theodoricus, Miraeus, Molanus, Domyns, &c. &c.



INDUCTIO.

Vos, quotquot Christi cultores continet orbis,
Quique sacram celebrare fidem contenditis, omnes
Huc properate; vocat vos MECHLA triumphans,
MECHLA triumphali repetit cœlestia signo
Munera, lustrarunt cœli quæ lumine cæcam,
Prodigium recolitque virum, qui cœlitus ad se
Missus aberrantem sacro collegit ovili.
Grandibus ut dentur generalia gaudia factis,
[illegible] publicam serie conatur ducere pompam.

INLEYDING.

TUsschen het geschal van Stads-Trompetters en Tymballier hebben twee *Faemen* op de afhangende verçiersels van hare Trompetten de volgende Schriften :

à solis ortu ———————— *usque ad occasum.* Ps. 112.

van den Oosten ———————— tot den Westen.

En verkondigen de Jubel-vreugd door deze Jaer-schriften, de welke zy op hare Schilden dragen :

	. . . . aDeste :
... præCLara annUntIo VobIs	LætItIaM eXposCUnt
JUbILa rUMoLDI.	soLennIa JUbILa.
Ik Rumoldi Jubel-jaer	Komt al by, en weest verblyd
Aen Ulieden openbaer.	Met den grooten Jubel-tyd.

Deze twee *Faemen* worden opgevolgd van de vier Deelen des Werelds, door de welke zy de vreugd van Mechelen verspreyden.

EUROPA,
Verzeld van twee Europianen.

ASIA,
Verzeld van twee Asianen.

AFRICA,
Verzeld van twee Africanen.

AMERICA,
Verzeld van twee Americanen.

Agter deze volgd den *Standaerd* der Stad ende Provincie met dit Jaer-schrift :

. . . . InsIgnIs In haC CantabItUr Urbe
rUMoLDUS. . . . . ex HOR.

G'heel de Stad tot Rombouts Lof
Zal bereyden hare stof.

Hy heeft aen de regte zyde de *Jubel-vreugd* met dit Jaer-schrift :

CanIte tUbIs benesonantIbUS hoC granDe JUbILeUM.
bLaest Met bLYtsChap UYt het DUYzent-JaerIg JUbILé.

Aen de ſlinke zyde de *Herkenteniſſe* met dit Jaer-ſchrift:

. . . . præConIa CLangat
bUCCIna saCra VIro, CeLebranDaqUe JUbILa panDat.
WILt VeérDIg op troMpet ons bIssChops Lof UYtbLaezen.

Hiernaer verſchynd den BESCHERM-ENGEL der Stad, voerende dit Schrift:

Ad magnum virtutis opus ſummoſque labores
. . : . . . . primus arenas
ingrediar. LUC.

Wanneer gy u begeeft tot eenig' edel' werken,
Zal ik u in den ſtryd door myne hulp verſterken.

2. Den *Standaerd* der Latynſche Schoól met deze twee oude verſen der zelve:

Arte probus, probitate pius, pietate beatus,
Ut verè fias, hæc Schola culta dabit.

Om tot de weérde konſt en zedige manieren,
En tot Godtvrugtigheyd u leven te beſtieren,
En dus te zyn bekwaem tot uwe Zaligheyd,
De Leéring dezer Schoól den eerſten grondſteen leyd.

Dezen word opgevolgd van de zeer doorlugtige Arts-hertogen ALBERTUS en ISABELLA-CLARA-EUGENIA, de welke geweeſt hebben zeer zorgvuldige Opregters ende Beſchermers van deze Schoól.

Zy worden verzeld van eene Rybende Spagniaerdén, voerende den Lof der gemelde Arts-Hertogen, uytgedrukt door deze Verſen:

Invidioſa licet ſepelit permulta vetuſtas,
Non tamen Archiducum res ſepelire poteſt:
Horum ſemper honos nomenque decuſque manebunt
Præclarum, quaquà Belgica terra patet.
His inter curas, Belgî quibus uſque manebat
Cordi impreſſa ſalus, hæc Schola noſtra fuit.
Horum igitur claros numquam ceſſabit honores
Carminibus noſtræ pandere Muſa Scholæ.

Door 't ſnel verloop des tyds word alle zaek geſchonden ;
Dog des Hertogens Lof houd wonder zynen ſtand.
Den naem, den Lof, de Eer van deés is zonder gronden
Zoo verr' zyn paelen ſtrekt 't roemrugtig Nederland.
Van alle hunne zorg en hun aendagtigheden
Had zeker onze Schoól niet 't minſte deel getreft :
Hierom ten allen tyd zal zy haer zorg beſteden ,
Dat haren Muſenberg hun tot den Hemel heft.

2. Van den BESCHERM-ENGEL der zelve Schoól met dit Jaer-ſchrift :

Me CuſtoDe, VIget VIrtUte aC arte paLæstra InsIgnI.

Deze Schoól door myn beſtier
Ik met deugd en konſt verçier.



EERSTEN PRAEL-WAGEN,

OP den welken verbeéld word de *Jubilerende Maegd* van Mechelen met dit Jaer-ſchrift :

præsULI sUo DeVota JUbILat MeChLInIa.

Ziet hoe Mech'len aengedreven
Door een' diep' eerbiedigheyd,
Die z'aen haer Patroon moet geven ,
Deze Jubel-vreugd bereyd.

Zy word verzeld van *De Maegd* der Latynſche Schoól, hebbende dit Jaer-ſchrift :

MeChLa, tUIs nItor ConJUngere gaUDIa VotIs.

Ik vervoeg met uwe Feeſt ,
Mech'len, myn' verheugden Geeſt.

By deze vervoegen zig

1. Deze hare wetenſchappen met hare eygendommen.







DE CHRISTELYKE LEERING:

Nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet. GREG.

De Wetenschap zonder Godtvrugtigheyd is van geender weérde.

DE ZEDIGHEYD:

Promptuarium virtutis est modestia sola. MENANDER.

De Zedigheyd is de bewaerster van alle Deugden.

RHETORICA:

Illa regit dictis animos. ex VIR.

Zy bestierd door hare tong de gemoederen.

POËSIS:

Dignum laude virum Musa vetat mori. HOR.

De *Poësis* maekt den Lofweirdigen onsterffelyk.

GRAMMATICA:

Omnium disciplinarum Fundamentum. FRANC. PETR.


Den grondsteen van alle Wetenschappen.

2. Eenige Leerzugtige Jonkheyd.

Den Wagen word bestierd van APOLLO, hebbende dit Schrift:

At non ingenio quæsitum nomen ab ævo
Excidet; ingenio stat sine morte decus. PROP.

De Glori' des verstands blyfd staen,
En door geen Eeuwen kan vergaen.



PARS PRIMA.

Horrida ſylva fuit, raſtriſque objecta Coloni
Tellus Mechliniæ: denſis hanc merſa tenebris
Gens tenuit, cultrix falſorum mille deorum.
Nîl ibi fas notum, nulla obſervantia recti,
Punctio nulla metûs, non lex, non pæna dabatur
Correctura reos; aſt mens ſine judice, cæca,
Infrænata, ferox, petulans, ſecura malorum
Labitur in Vetitum, certumque haud conſcia caſûs
Fertur in exitium.

EERSTE DEEL.

DIt deel word ingeleyd door eene Rybende van wilde Menſchen, om af te beélden, hoe dat Mechelen door hare afgodery beroofd was van alle reden en verſmoord lag in wildigheyd en Wreedheyd: tuſſchen deze ryd;

DEN PAUW, *

AFbeéldzel van de *hoveirdige onwetenheyd* des heydendoms, de welke op den zelven gevoerd word met deze Verſen:

Deformes oblita pedes.

Plumarum cum Pavo *videt caudæque colores,*
Deformiſque memor negligit eſſe pedis,
Roſtra levat Cælo, protendit ſyrma ſuperbum,
Tamquam ſi ſimilis non avis una foret.
Non ſecus hæ celebrant Divorum nomina gentes.
Cur? quòd ab his illas Numen abeſſe latet;
Cæcatæ prohibentur enim cognoſcere verum
Numen, & hinc jactant nomina vana Deûm.

(*) Dit Dier is gegeven door de Tingieters.



Fr̃es Klauber Sculps. Aug. Vindel.



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Klauberi, Cath., Ser.mi et Rev.mi Archiep. et Elect. Trevir. et Episc. [illegible]
nec non Cels.mi Princ. Campidon. [illegible]



Alleen in ſchyn ,
Maer niet in't zyn.

Wanneer den *Pauw* aenmerkt den glinſter van zyn veéren ,
En op de plompheyd van zyn pooten neemt geen agt,
Stekt hy den kop om hoog, begint zig ront te keeren
Of onder't pluym-gediert geen waer gelyk in pragt.
Alzoo dit trotzig volk het werk van 's menſchens handen
Verheſt, en niet en ziet des zelvens ydelheyd ;
Want door hun boosheyd is bedekt aen hun verſtanden
Al 't welk hun tot het Ligt en waeren Godt geleyd.

Agter deze wilde volgen eenige *Satyren*, waer van twee voeren de volgende Verſen :

I.

Ponite triſtitiam : fument altaria BACCHO:
Hic Deus occulto corda dolore levat.
Wilt uw droefheyd laeten vlugten :
Onzen Godt geeft ons genugten.

I I.

Stat ſua cuique dies, ergò quod tempus habetis,
Lætitiæ Sacrum debet id eſſe Deo.
Kort is uw levens tyd,
U door *Bacchus* dan verblyd.

Tuſſchen deze zit *Bacchus* op eene rotze , voerende dit Schrift :
Nunc eſt bibendum , nunc pede libero
Pulſanda tellus. HORAT.
'T is nu tyd van vreugd te maeken :
Onzen Godt de zorg doet ſtaeken.

TWEEDEN PRAEL-WAGEN. *

OP het hoogſte van dezen Wagen draegt men aen de Afgoden DELIA , PAN , ende NEPTUUN Offerhande op : in't leegſte zit MECHELEN , door de Duyſterniſſen van 't Heyden=

(*) Dezen Wagen is bekoſtigd door de Hoveniers en de Hoedemaekers.

dom geheel verblind, het welk DE H. KERKE, zittende op 't voorfte van den Wagen, beweend; maer zy word van DE GODDELYKE VOORZIENIGHEYD en DE ALMOGENTHEYD vertrooft.

Den Wagen word beftierd door de VERBLINDE BOTTIGHEYD, hebbende voor Zinfpreuk:

Ignoto Deo. ACT. 17.
Aen eenen onbekenden Godt.

PARS SECUNDA.

.........Aſt miſerens clementia Cœli
Agmina Sancta Virûm, vero ſplendentia Chriſti
Lumine, tartareas miſit pulſura tenebras.
Hæc quoque prima Crucem Jeſu plantavit ad oras
Mechliacas zelata cohors, poſuitque colendam,
Ac deteſtari perſuaſit templa deorum,
Exitium gentis, cujus pars plurima recto
Tramite proceſſit, cœleſti lumine pleni
Dum præiêre duces;

TWEEDE DEEL.

DIt Deel verbeëld in zyne Rybende het volk van't oud MECHELEN, aen welk het ligt van't Evangelie heeft beginnen te verfchynen door de Predikatie van vele Apoftelen, dewelke de Bermhertigheyd Godts voor den tyd van RUMOLDUS hun heeft gelieven toe-te-zenden.

Tuffchen deze Rybende vind men DE HELDENDEUGD, aenleydende de gemelde Apoftelen: zy voerd voor Zinfpreuk:


Bonus Paſtor animam dat pro ovibus ſuis. JOAN. 10.
Eenen goeden Herder geeft zyne ziel voor zyne fchaepen.

En den waeren *Godts-dienſt*, hebbende:

Unus Dominus, una Fides, unum Baptiſma. EPHES. 4.
Eenen Heer, een Geloof, een Doopzel.



G. Herreyns Invenit et Delineavit A°. 1772. Fr̃es Klauber Sculps. Aug. Vinde



DERDEN PRAEL-WAGEN. *

OP dezen worden verbeéld de volgende Heylige Bisschoppen, van de *Heylige Kerk* hunne zending onfangende.

DEN H. LAMBERTUS.

LAMBERTUS *primus fuit has legatus ad oras,*
Gentibus ut Christi dogmata sacra daret.

LAMBERTE, grooten Godts gezand,
G'hebt eerst verligt ons Vaderland.

DEN H. HUBERTUS.

In terris, HUBERTE, *potens virtute fuisti:*
In Cœlo esto potens eja patrocinium.

HUBERTE, grooten wonder-doender,
Zyt nog by Godt onzen verzoender.

DEN H. WILLEBRORDUS.

Luxit in hac terra WILL'BRORDUS *lumine Christi,*
Non secùs ac medio Phæbus in axe solet.

Gy, WILLEBRORDE, kwaemt hier ook,
Van ons verdryven 't helsch gespook,

DEN H. LIVINUS.

Inter præcones Christi, quos Belgica vidit
Tellus, LIVINO *gloria magna datur.*

En gy, LIVINE, van gelyken
Hebt uwen iver hier doen blyken.

DEN H. SERVATIUS.

Tartareo cladem peperit SERVATIUS *hosti,*
Cœlesti scuto Numina vana fugans.

SERVATI, men vind ook hier nog
Uw vrugten tegen 't helsch bedrog.

(*) Dezen wagen is bekostigd door de Brouwers.

DEN H. MATERNUS.

Mors ubi Maternum *necat importuna*, *revivit*,
Ut verum his terris inferat ipse Deum.

Materne, naer de dood geeft Godt u 't Leven,
Om aen dees Landen 't waer Geloof te geven.

DEN H. AMANDUS.

Semine Cœlesti famosus Amandus *ubique*,
Sevit & hîc verbi semina sacra Dei.

Amande, overal vermaerd,
G'hebt ook uw vrugten hier gebaerd.

By deze Heylige Bisschoppen zitten op den gemelden Prael-wagen de zeven geestelyke werken van Bermhertigheyd, door de welke zy bezonderlyk zyn aengestouwt geweest, om te behertigen het groot werk van liefde in 't verkondigen van 't Heylig Evangelie in deze Landen.

Den Wagen word bestierd door de Onwinbaere Liefde, de welke heeft deze Versen:

Fortis amor Cœli est, *hoc qui ducuntur amore*
Virtutum tentant ardua quæque leves.

Wie zal s'Hemels liefd' verwinnen,
Die zoo sterk is in haer kragt,
Dat zy doet de deugd beminnen;
En hier toe geen last en agt?



PARS TERTIA.

. . . . *SEd quis ſcrutabitur altum*
Numinis arbitrium? ſæclorum effluxerat ordo,
Quo pia gens Chriſto ſacros libârat honores,
Præſule nixa pio, talis cùm Præſulis expers
Judicioque ſuo permiſſus cœperit eſſe
Quiſque ſuî Judex: labuntur & unus & alter
In fatale nefas, ſenſimque oblita, quid eſſet,
Volvitur in priſcam gens omnis Apoſtata noctem
Peſtiferæ fidei: redeunt Saturnia templa:
Dementis redit ara Jovis: redit Ara Dianæ,
Cumque diis redeunt fucatis frauſque doluſque,
Tetrorumque ſimul mens inſenſata malorum.
Sors infauſta hujus miſeræque inſania gentis
Inſignis pietate viri pervenit ad aures
RUMOLDI, *fratrum ſancit qui pulſus amore,*
Siquà fata ſinant, miſeram convertere gentem;
Quodque magis pia vota movet, tunc temporis agros
Mechliacos ADO *tenuit, qui ſanguine clarus*
Regis PIPINI *magni, pietatis amantis*
Chriſticolæ, ſanctamque fidem diſpergere proni,
Qualis & ipſe ADO; *cui dum delata voluntas*
RUMOLDI *fuerat, ſubjectam accerſit in oram,*
Advenientis utramque viri complectitur ulnam,
Auxiliumque ſuum ſpondet.

C

DERDE DEEL.

VOor uyt komt het Schip, als langs de Rivier de *Dyle* RUMOLDUS ingehaeld hebbende, het welk met het volgende Jaerschrift op zyne midden-Vlag herkend het weldaed Godts, aen MECHELEN door de zending van RUMOLDUS betoond :

MeChLInIaDæ præsULI aUgUsto JUbILant.

MeCheLen VerheUgt zIg In haren WeIrDIgen bIssChop.

Het Schip word verzeld van twee ZEE-PEERDEN *, op de welke zitten twee ZEE-GODEN.

Agter deze volgen eenige Klank-speelders op 't alderoudste, en den Graef ADO met zyn gevolg, hebbende deze Versen:

Expectatus adest Clementi à Numine missus,
Qui vos ad Christi Pastor ovile vocet,

Æternoque bono fortunam temporis addat,
Et faciat vestros fæce carêre dies.

Hoc præcone, cadent vestras idola per aras,
Noscetis placidum protinùs esse Deum.

Hinc, MECHLINIADÆ, *sancto nunc hospite tuti*,
Veræ lætitiæ, plaudite, tempus adest.

Ziet daer den onverwagten Man,
Die ons gelukkig maken kan.

Ziet den gezand van Godt is daer,
Die ons komt trekken uyt gevaer.

Hy zal verdryven d'helsche kragten,
Eer dat wy onder die versmagten.
Om zoo een komst is vreugd te maeken,
Die ons diep in't hert moet raeken,

Doen bieden menig willekom,
Verkonden ons geluk al-om.

(*) Het een van deze is bekostigd door de Stad, en het ander door de Witters.



AFFECTAT OLYMPO





G. Herreyns Fecit Aº 1772.

Fres Klauber Sculps. Aug. Vindel



G. Herreyns Fecit A° 1772.

VIERDEN PRAEL-WAGEN, *

VErbeéldende de aenkomste van den H. RUMOLDUS. op het hoogste van dezen Wagen zit den Graef ADO met ELIZA, zyne Huysvrouw, en zyn geheel Huysgezin, de welke met zeer groote vreugd ontfangen den Heyligen RUMOLDUS, onder 't geleyd van eenen Engel tot Mechelen aengekomen.

Een weynig leeger vloeyd de Rivier de *Dyle.*

Hy word bestierd door de *Goddelyke Voorzienigheyd.*

PARS QUARTA.

. . . . *MIrabile dictu,*
Quantus amor fuerit, quàm sancta audacia pectus
RUMOLDI *impulerit divam hanc Committere pugnam.*
Vix pede contigerat MECHLAM, *quin voce sceleftos*
Increpet invictâ mores frœnumque furenti
Injiciat populo, dùm fortibus argumentis
Sopitum penitùs rationis detegit usum.
Nulla quies remoratur eum, nec detinet ullus
Præsulis ora timor, sed quantâcumque rebelles
Obstreperent rabie ferit omnes fulmine verbi
Quà patuêre agros, dum tandem conscia turpis
Fœmina virque nefas frugi adducantur honestæ,
Et Sancto evertant odio delubra deorum.
Tum jovis Ara cadit: Neptunus mergitur undis:
Delia destruitur super altaque rudera Præsul
Extollit Vexilla crucis, quibus illicò cunctus
Se subdit populus.

(*) Dezen wagen is bekostigd door de Bakkers en Vettewaeriers.

VIERDE DEEL.

1. DIt Deel word ingeleyd door het LIGT, in boeyen leydende en uytbannende de DUYSTERNISSE, hebbende deze Verſen:

Nox infauſta ſuas errorum diſſipet umbras,
Cum Chriſti exoritur lumine fauſta dies.

Door zoo een groote zon moet vlugten gaen den nagt,
Moet doling en bedrog ten onder zyn gebragt.

2. Door de MENSCHELYKHEYD, het zelven doende aen de WREEDHEYD, voerende deze Verſen:

Barbariem ſedare decet, properante RUMOLDO:
Pectore manſuetos Præſul hic eſſe docet.

De wildheyd was nu wel van kant,
Maer daer-mé vond men nog geen menſchen,
Die zoo gebruykten hun verſtand,
Gelyk men het moeſt wenſchen.
Dit werk zoo groot en zoo betragt
Wird haeſt door ROMBAUT ganſch volbragt.

Agter deze volgen de Cardinale Deugden met hare Eygendommen.

DE VOORZIGTIGHEYD.

Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddit. AUGUST.

Zy geeft getuygenis niet volgens de Zinnelykheyd, maer volgens de Waerheyd.

DE REGTVEIRDIGHEYD.

Juſtitia elevat Gentem. PROV. 14.

De Regtveirdigheyd verheft het volk.

DE KLOEKHEYD.

Fortia ſurgunt. VIRG.

Dat kloek is, komt op.



DE MAETIGHEYD.

Moderata durant. SENECA.

Dat gematigd is houd ſtand.

In het midden van deze Deugden gaet

*DEN LEEUW,**

Verbeéldende de *Kloekmoedige Waekzaemheyd* van RUMOLDUS in het planten van 't Geloof, uytgedrukt door deze Verſen:

. . . . Vigilando quieſcit.

Fruſtrà, Venator, catulos conare Leonis
Stringere; cùm dormit, lumina paſſa manent.
Non minuit curam ſomnus, vigilando quieſcit,
Inſidiaſque omnes proſpicit atque cavet.
Quos Chriſto genuit RUMOLDUS, *perfidus hoſtis*
Filiolos nullâ vincere fraude poteſt.
Omnis in his ſemper magni ſtat cura RUMOLDI:
Non valet hunc ab iis abſtrahere ulla quies,
Venator Stygius technas quaſcumque minetur,
Has Vigilans Præſul proſpicit atque cavet.

. . . . *Waekende ruſt hy.*

Den Jager te vergeefs wilt zyne liſten hangen,
Om zoo de jongenen des LEEUWS te konnen vangen;
Vermids, dewyl hy ſlaept, zyn oog gedurig waekt,
Op dat tot zynen Kuyl geen Jager en geraekt.
RUMOLDUS insgelyks om zyne te bewaeren
Van allen duyvels liſt, en wilt geen zorge ſpaeren,
Maer heeft een waekend' oog op hun ten allen tyd,
Op dat hy hun aldus van 's duyvels liſt bevryd.

1. Agter deze volgd de HERBORENTHEYD van MECHELEN tot den waeren Godts-dienſt met dit Jaer-ſchrift:

NOX erat, at CœLo sUrgebas LUna, RUMoLDe. ex HOR.

Het welk de Maen doet in den nagt,
Heeft hier RUMOLDUS mé gebragt.
Hy gaf 't Ligt in de Duyſternis:
Door hem dees Stad doorlugtig is.

D

(*) Dit Dier is gegeven door de Chyrurgyns.

2. De Langdurige VOLHERDING in den zelven met dit Jaer-ſchrift:

. . . . qUaLIs CanDor In ore perManet ! & VIres aUgentUr & aCrIor Ipsa est. ex OVID.

Ziet, hoe den Godts-dienſt blyft in zynen glinſter ſtaen,
Ziet, hoe gedurig zyne kragten groeyen aen.

3. De GODDELYKE DEUGDEN.

HET GELOOF.

Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti. ROM. I.

Het is eene kragt Godts, dienende tot de Zaligheyd aen alle die gelooven.

DE HOÓP.

